

Aduertencias para

omnibus peccatis, & dispensare in irregula
ritatibus prout Sess. 24. c. 6. habetur, ne Prior,
Conuentualis & Superiores Prelati dicti,
Ordinis, tam iudicata Provintia, quam extra-
eam, ubi libet in hac parte deterioris condi-
tionis, quam Clerici, aut Seculares, existant
eisdem Priori Conuentuali, & Superioribus
Prelatis, ut ipsi perse ipsos idem omnino pos-
sint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis,
sibi subditos tam quoad absoluendi & dispense-
andi huiusmodi, quam alias quascunq; fa-
cultates, eisdem auctoritate & tenore etiam
perpetuo concedimus, & indulgemus, atq;
etiam declaramus: decernentes presentes li-
teras perpetuo durare & valere. &c. Hoc Bre-
ue refertur à Fratre Emanuele in Explica-
tione Cruciatę, fol. 192. & 1. Tom. qq. regul.
q. 21. art. 4.

¶ Circa quam concessionem aliqua ad-
uertenda sunt. Primo aduertendum est, qd
Prelati regulares tenentur concedere facul-
tatem suis subditis petentibus illam ut pos-
sint absolvi a casibus reseruatis. Quod
patet ex verbis illis, precipimus, &c. que
Preceptum important, & obligationem indu-
cunt, vt docet noster Emmanuel. 1. Tom. q. 6.
art. 13.